



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Calistvs III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

77

CALISTVS III.

Confirmat extrauagautem Innocentij iij. incipientem. Ad extirpanda, de prædicando verbo Dei, recipiendis cruce signatis, concedendis indulgentijs, & procedendo contra impudentes sacram Inquisitionis officium.



ALISTVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis vniuersis fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardia con-

stitutis, præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Do
mini 1458.

IN IVNCTVM nobis desuper Apostolica seruitutis officium, digne tunc peragere non ambigimus, si Romanorum gesta Pótificum prædecessorum nostros

Ex Directorio
Sabelliano fol.
404.

rum, quæ pro expugnatione lethifera pestis hæreticæ prauitatis, prouide emanasse

B comperimus, recensentes, ianouantesq; illa pro ipsius hæresis extirpatione & fidei Apostolica augmento eriam nostro iuuamine roboramus. Dndum siquidem a felicis recordationis Innocentio Papa

quarto prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris in prouincia Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in

Extricatione

prouincia Lombardia peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus lethifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad expurgationem† pestis eiusdem iuxta officij no-

stri debitum ex animo intendentis, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam catholica puritatis fermento propria contagionis insciunt, fideles ut consurgent stentque nobiscum

pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitati. Quocirca discretioni vestra per Apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vo-

B bis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hereticos, vobis inquisitionis officium

C est commissum, curetis singuli opportuna instantia contra hereticos eisdem, eorumque fautores

proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tandem zelo fidei ad extirpandam prauitatem eam

D em votum assumpserint, crucis charactere confignare. Ut autem vobis de prædicione huiusmodi,

& fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint, copiosa mercedis premium afferatur;

vobis & eisdem fidelibus, illam indulgentiam, illudq; priuilegium elarginatur, quæ transiuntibus in

terra sancta subsidium in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi verbum Crucis

per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad audiendum

verbum ipsum devote affuerunt, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis penitentijs, libera sit vo-

bis & singulis vestrum, de nostra concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua ciuitas,

& communitas, vel persona, cuiuscunq; conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se oppo-

E nere, seu illud presumptit aliquatenus impedit: ut per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc

deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunque re-

quisisti, illud souere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose iuuare: contra eos tanquam

contra defensores & fautores hereticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli

authoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia exegerit, Reges & Principes Chri-

tianos, necnon Cruce signatos pro terra sancta succursu curabimus iuuare: cum non minus expe-

diat, immo magis, fidem in locis prope positis, quam procul distantius defensare. Nulli ergo omnino

hominum licet, hanc paginam nostrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei aulus temerario contrarie: si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beato-

rum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Anagniæ Idibus Iulij, Ponti-

fatus nostri anno duodecimo.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, de viribus litterarum Anno Domini

E carundem ab aliquibus habitetur: Nos ad extirpationem huiusmodi virus insanabilis totis viribus

intendentes, litteras praesertim auctoritate Apostolica, tenore presentium iuuamus, approbamus,

& confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet

hanc paginam nostræ iuuationis, approbationis, confirmationis, & communionis infringere, vel

ei aulu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipoten-

ti Dei, beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo

mo quinquagesimo octavo, septimo Idus Iulij, Pontificatus nostri anno quarto.

PIVS